





THRENODIÆ,

*Quibus obitum*

VIRI, GENERE ET VIRTUTE, DVM VIVERET,  
NOBILISSIMI ET FLORENTISSIMI,

DOMINI JOHANNIS  
HEINRICI à Seilitzsch /

VIRI MAGNIFICI, NOBILISSIMI,  
*Strenui & Amplissimi,*

DOMINI URBANI CASPARIS  
à Seilitzsch / Hæreditarii in Kurbitz / Förbau /  
Schwertzenbach &c, Brandenburgici Con-  
siliarii intimi, & Cancellarii gra-  
vissimi &c,

FILII UNICI LONGE DILECTISSIMI  
ET DESIDERATISSIMI,

*Die 11. Aprilis intra 3. & 4. horam matutinam hujus cur-  
rentis anni 1635. in Christo, Salvatore suo, piè  
placideq; defuncti,*

Deplorant

NONNULLI PROFESSORES IN ACADEMIA  
MARPURGENSI.



MARPURGI CATTORUM,

*Typis* NICOLAI HAMPÉLII, *Academ. Typogr.*

M. DC. XXXV.

THE END

Quibusdam

VIRI GENSER ET VIRTUTE DVM VIVERET  
HONORISSIMI ET POKRITISSIMI

DOMINI JOHANNIS

HEINRICI & JUNIORIS

VIRO MARITIMO NOBILISSIMO

Spitium & capillatum

DOMINI URBANI CASPARIS

et Henrici Henrichii in Rudia & Sebding

Comitatus & Brandenburgici Con-

silium & Cancellarius

William &

FILI UNICI LONGE DILECTISSIMI

ET DESIDERATISSIMI

Die 11. Aprilis anno 1637. et hinc inde

et hinc inde et hinc inde

placitum

in honore

NONNILLI PROFESSORIS IN ACADEMIA

Marsburgensi

\*\*\*

MARBURGI CAETORUM

Typo Nicolai Hampeii, Anno 1637.

M. DC. XXXV.





I.



UÆ quibus anteferam? *Mi Cancellarie Magne,*  
*Nobilitate vigens, & pietate nitens.*  
Quàm variæ sortes hominum, casusq; dolendi,  
Esse quibus crebrò vita referta solet?  
Miscuimus *Dresdæ* sermones ordine pulchro,  
Corda quibus tunc sunt exhilarata pié.  
Post *Annaburgi* læti repetivimus ipsos,  
Nos ubi jungebat gratia mira Dei.  
Interea variis nos casibus atque periclis  
Afflicti, adversis rebus uterq; sumus.  
„ *Bella fremunt, hominésq; tremunt, miseréq; gemiscunt,*  
„ *Quos cruciat raptu, & verberè miles atrox.*  
*Pestis ubiq; furit, pérq; omnia viscera serpit,*  
*Tradit & horribili corpora multa neci.*  
*Morsq; tuas ædes pulsavit cuspide longâ,*  
*Et mœrore gravi punxit iniqua domum.*  
Surrapiens *Gnatam*, rarâ pietate puellam,  
Virginei coetus Nobile adusq; decus.  
Et tollens *Gnatum*, multâ virtute coruscum,  
Ac columnen stirpis, præsidiumq; suæ.  
„ *O dolor! Vna crucis facies vix tempore quoquam,*  
„ *Duplex vel triplex crux solet esse piis.*  
Hæc tibi crux mentem vehementiùs angit & urit,  
Longiùs atque domum fletibus ipsa rigat.  
*Vnicus* hic *Gnatus* fuerit quòd falce resectus  
Mortis, totius firma columna domus.  
Heu sic extincta est *ignis scintilla* <sup>a.</sup> *coruscans*  
Quâ flammante domus flamma tota fuit.

1. 2. Sam. 14.  
v. 7.  
2. Reg. 8. v. 10.

1. Chron. 15.

v. 4.

2. Chron. 21.

v. 7.

Heu sic deleta est insignis & ista lucerna!

Quâ tua progenies fulgida tota fuit.

Hâc luce extinctâ, caligo secuta videtur,  
Nox sequitur claram sicut opaca diem.

Ast quid? Pone modum lacrymis, *Patrone benigne,*  
Et cessa querulos fundere voce sonos.

Filius ille tuus non est amissus in ævum,  
Ast est præmissus culmina ad alta Poli.

In quibus is lucet, ceu fulgens sidus Olympi,  
Immò, velut rutilus Sol nitet, ipse micat.

*In cælis* igitur tua lux, tua fulgida lampas  
Incolumis superest, atque perennis erit.

*In terris* Gnatae, *Iovâ* tibi dante, supersunt,  
Lumina virginici fulgida bina Chori.

Hisce tibi capies *Generos*, virtute valentes,  
Sentiscens cordis gaudia mille tui.

b. 1. Chron. 24.

v. 21.

c. Tobia 6.

v. 11.

Sic eris <sup>b</sup> *Eleasar*, Gnatas duntaxat habendo,  
Sic etiam <sup>c</sup> *Raguel* tu velut alter eris.

„ *Quisq; suâ contentus humi sorte esse jubetur,*  
„ *Ipsi quam tribuit dextera diâ Dei.*

Ergò vale, floréq; vire sanúsq; superstes,  
*In Domino patiens, in Dominóq; potens.*

Exsurgátq; tibi post plurima nubila Phæbus,  
Phæbus lætitiæ fulgeat ipse tibi.

Cælica perpetuæ tandem cape gaudia vitæ,  
Conspiciens Dominum, secula cuncta, tuum.

Hunc lauda, angelicâ magnâ stipante catervâ,  
Hymnis æternis pectore & ore tuis.

*Condolentiæ & observantiæ declarandæ, & solatiū  
præbendi causâ*

Apposuit

Justus Fewrbornius, SS. Theologiæ D.  
Professor & Ecclesiastes.

II.

II.

**N**obilitas, pietas, doctrina, modestia, rerum  
 Multarum decorat quos experientia multum,  
 Lugemus meritò, properâ cum cuspide mortis  
 Figuntur subitò, & tumuli merguntur arenâ.  
 Nobilitas, pietas, doctrina, modestia, rerum  
 Multarum decorabat & experientia multum  
 Feilicidem, & subitò robusta in flore nitentis  
 Etatis properâ truculenta cuspide mortis  
 Figitur, ad tumulum corpus portatur avitum.  
 Quî non Feilicides ô Cancellarie, Mater  
 Feilicide quî non peracerbos mente dolores  
 Concipias? Quî non Patria atq; Ecclesia Christi  
 Hanc doleat mortem, quâ gaudia tanta Parentum,  
 Commoda tot Patria, Christi tot commoda cætus  
 Tristè recisa jacent, merguntur pulvere glebæ?  
 Sed Patris aterni fuit hæc persancta voluntas,  
 Florentem hunc juvenem, sua quem ceu viscera amabat,  
 Ad cælum voluit quâ, mundi ex face, malorum  
 Sentinâ immensâ hæc, ad gaudia ducere plena.  
 Vivit, & in cælo cælorum gaudia vera  
 Percipit, His charo par est gaudere Parenti,  
 Non mæerere nimis. Verùm hæc tua, Spiritus alme,  
 Gratia: quâ tristes largè perfunde Parentes!

Συμπραξείας ἐργὸ

Meno Hannekenius, SS. Theol. Doct, ejus-  
 demq; & Hebr. Ling. Professor.

III.

**S**icut odoriferis spoliantur floribus horti,  
 Tristia cùm spirat frigora tristis hyems.

A 3

Flacce-

Flaccescunt rosulæ, bene olentia gramina campi  
Intereunt, pereunt purpureæ violæ;  
Non secus hic hominum flos est tener, estq; caducus,  
Atque perit spatio temporis exiguo.  
Interit, & rapido mortis consumitur æstu,  
Et fugit, & finem mors facit atra citum.  
Quamlibet Herculeo se robore munit, aut se  
Occulat in terræ viscera, & ima maris.  
Attamen horrifico nigrantis mortis ab ictu  
Tutus non latitat, nec latitare potest.  
Namq; hoc si quisquam potuisset, Nobilis ille,  
Nobilis ingenio, nobilis eloquio;  
Nobilis hic, inquam, verè potuisset id ipsum,  
Herculeo fultus robore & ingenio.  
Verùm nunc jacet heu! corpus sine robore, mente,  
Quod poterat Pylios exuperare dies.  
Et cùm jam vellet sponsi acceptare coronam,  
Illius capiti sancta corona data est.  
Ast tu ne doleas gnatum, Pater optime, ademtum,  
Nec lacrymis ejus tristitia busta riges.  
Namq; nihil totus, quod nos bect, invenit orbis,  
Unica nos miseros vita futura beat.

*In luctu faciebat.*

Joh. Henricus Tonfor, SS. Theol. D.  
Profess. & Pædagog.

IV.

**M**agne vir, & Generis Themidósq, salutifer Heros,  
Intra Cancellos Prasfes acute Dices.

*Tég*



Tēq; domūq; tuam graviter Libitina flagellans,  
Intra anni cursum funera bina dedit.  
Filiolam, thalami rosulam, de germine pulchro  
Desecuit: quā nunc Ternio pulcher hiat!  
Et propè jam poteras istum deponere luctum;  
Mœroris rabiem frangere tempus amat.  
Spes tibi, spes Generis, spes Nominis unica Patri  
Restabat; spes hæc quā properè periit!  
Iamq; videbatur gamicas accendere tædas,  
Inq; torum Nati ducere Iuno nurum.  
Prævertit Libitina viam, Domiduca morare,  
Dixit, huic Parca fila suprema neunt.  
Sic abit, hæc subeunt & sternunt funere Natum,  
Sic pro lætitia mæstitia orta tibi est,  
Instabiles hominum res sunt: canit Alpha, sed eheu  
Ejulat & mæstum Beta dat ore sonum.  
Inq; uno hoc nato perierunt tanta Nepotum  
Secula, qui Nomen Rem referantq; Patris.  
Quid nunc expensas tantas fecisse viarum,  
Quid juvat in multis erudiisse Bonis?  
Teutonia lustrare solum quāq; Euris & Auster.  
Quā Boreas claudit, quā Zephyrusq; latus,  
Gaudebat, toto divisosq; orbe Britannos  
Accesse, ad Gallosq; expediisse viam.  
Nec non in Batavis, quæ visu digna dabantur,  
Vidisse, hîc aliquam constituisse moram.  
Omnia nunc periêre, ita cedunt sorte sinistra,  
Quæ pulchra & verè quæ diuturna putes.  
Quid verò, in varias quòd sese lingua loquelas  
Solverit; ad Gallos quā bene Francus erat!  
Inter & Angliacos se sermo Britannicus effert.  
Semper at ipse Suus Teutonas inter erat.

Quid

Quid multa expediam, tantum refricare dolorem  
 Quae satagunt, maestum nec recreant animum?  
 O utinam liceat lachrymas abstergere Matri!  
 Solari o possim pectora mesta Patris!  
 Hoc alii faciant, quos ordine dicere longo  
 Vix potero, inq. Abavis quos reperire datur.  
 Magnorum video seriem succedere patrum,  
 Nomina non teneris fert Elegia modis.  
 Hi plura adducunt plenis solatia plaustris,  
 Et miscent sacris enthea verba logis.  
 Mundus hic immundo jaceat mærore sepultus,  
 At nos in coelis gaudia summa manent.  
 Hic olim, hic caelum rursus venietis in unum,  
 Felicii generis qui superest numerus.  
 Ille praevit, ibiq. locum praemuniit. o Nos  
 Angelico in cætu jungere, CHRISTE, velis!

Condolentiae & Solatii ergo faciebat,  
 Marpurgi

M. Conradus Bachmannus, Poëta &  
 Professor.



V.

Defunctus mæstissimum alloquitur  
 Parentem.

QUàm nihil in mundo firmum mortalibus, & nil  
 Sinceræ in vitæ hoc turbine lætitiæ?  
 Mi Pater ipse doces, quem concomitante dolore  
 Difficili, inde dolor sævior alter habet.

Nam

Nam vix Germanæ peragis fatalia tecum,  
Mœstitiâ ingenti, tempora, & ecce tibi  
Per mortem abripior, generis spes unica, sicq;  
Totus es in gemitu, totus & in lachrymis.  
Quid verò? ex isto relevamen fume dolore,  
Surge iterum, nil te, nil lachryma ulla juvat.  
Mi Genitor, noli fletu contendere, frustra es,  
Nos gemitus fugiunt, & dolor omnis abest.  
Nobis parta quies cœlestis, & optima pacis  
Otia perpetuo tempore læti agimus.  
In cœlo hoc nos nulla mali contagia lædunt;  
In vitâ hâc nobis mors metuenda nihil.  
Hujus sævitiam & plagas ridemus inanes,  
Lætaq; felices gaudia uterq; agimus.  
Interea nobis multum, Pater optime, salve,  
Salve iterum atque iterum, perpetuumq; vale.

*Condolentiæ E. appos.*

M. Caspar Ebel / Logicæ & primæ Philosophiæ  
in Acad. Marp. Professor ordinarius.

VI.

**S**igenus, & probitas doctrinâq; tollere mortem  
Possent, non juvenis mortuus ipse foret.  
Tu Feilitzschade, tot avorum è semine crete  
Nobilium, sexûs totq; utriusq; hominum:  
Pectora quiq; Ducum dulcissima inantè fuerunt,  
Æmula Prineipibusq; emula diis superis:  
Tu Feilitzschade, patriæ Virtutis amator,  
Tu decus eximium, tu probitatis honos:

B

Qui

Qui studia & Musas Heroaq; facta sequutus,  
 Semper anhelabas ad juga summa aretes:  
 Nobile quae decorant pectus, quae nobile nomen  
 Illustrant, faciunt clarum & in orbe Virum,  
 Omnis qui generis studiis & Equestribus ausis,  
 Atq; exercitiis deditus omnis eras:  
 Tu Feilitzschade, juvenis florentibus annis  
 Splendide lilii instar purpureaq; rose,  
 Lipsia quem instituit, quemq; Argentina beavit  
 Alsatica & Musis, moribus atq; bonis:  
 Sequana quem Rhodanus, Tamesis, quem vidit & ingens,  
 Ad latus occidentum confluus, Oceanus:  
 Quem vidit Scaldis, quem Rhenus, & Ister, & Albis,  
 Vidit Pegnésus, Neccaris atq; Lycus:  
 Tu Feilitzschade, cujus mens gnava alacrisq;  
 Multorum mores vidit ubiq; hominum:  
 Adq; undas arces, adq; undas oppida & urbes  
 Quaeq; Academias vidit ubiq; sitas:  
 Quae latia, Italica, atq; idiomatica Gallica lingua  
 Novit, cum gnaris quae valuitq; loqui;  
 Et si docti illi fuerint, quorum extera ubi vis  
 Multa suis vidit pectora docta oculis:  
 Quinq; tua at vitæ vix dum lustra attigit ætas,  
 Et tamen his donis tam benedictus eras:  
 Vixisses ultra, vixisses Nestoris annos!  
 Totq; annos terris vivere dignus eras!  
 Vixisses merito, præq; omnibus unus & unus  
 Vixisses meritis talibus atq; tuis;  
 Qui pius inq; Deum fueras, pius inq; parentis;  
 Erga omneis comis, quiq; modestus eras!  
 At fera non ullis curavit, maxima quam vis  
 Hac in te fuerint munera, Parca modis;

Florens.

*Florentem necuit florenti atate, parentum  
Te extraxitq̄, oculis, te auxilio atq̄, pio:  
Te extraxitq̄, illis, quibus inservire deinceps  
Tu poteras, facere & non malè adusq̄, bonis:  
Naufragium hoc querimurq̄, hanc jacturamq̄, dolemus  
Tam sancti illius pectoris usq̄, tui,  
Quam nos passi in te sumus: ô non perdita porrò  
Cætera sunt tua, quæq̄, antè fuère tua.  
O cælo & terris bene custodita tenentur!  
In manibus servata ipsius illa Dei!  
Buccina ubi angelica insonuit jam temporis, olim  
Donec erunt iterum juncta futura tibi!  
Hoc cape solati nobiscum, animumq̄, quieti  
Da pater, & qui estis sanguine juncti alii:  
Hæc tibi do ignotus, quò reddar notus, & ut me  
Possis nunquam oculis cernere porrò tuis.*

M. Cunradus Matthias, Professor Philo-  
logo-Criticus publicus.

F I N I S.





VIRI, GENE  
NOBI

DOM  
HE

VIRI M.

DOMINI  
à Seilitzsch / I  
Schwertzen  
filiarii

FILII UN

Die 11. Aprilis  
rentis a

NONNULL

M  
Typis Nic

ERET,

NIS

MI,

RIS  
rbaw/  
Con-

MI

IS CHY-

EMIA

gr.

91

